*$V_5W_7$, ~$Cb_4Wz_2$*

# IN CHRISTI NOMINE INCIPIT PRAEFATIO LIBELLI QVEM PATER THEODORVS DIVERSIS INTERROGANTIBVS AD REMEDIVM TEMPERA‹VI›T PAENITENTIAE

*praefatio post capitulationem sequitur in $Wz_2$*

Discipulus Umbrentium uniuer‹si›s Anglorum catholicis, propriae animarum medicis, sanabilem supplex in domino Christo salutem.

Primum quidem, karissimi, beatitudinis uestrae dilectioni unde huius fomenta quod sequitur medicaminis congessi satis esse dignum pandere deputaui, ne per librariorum (ut solet) antiquitatem uel negligentiam confusa uitiose lex illa duraret quam figuraliter ollim deus per primum eius latorem de secundo mandauit patribus ut notam facerent eam filiis suis, ut cognoscat generatio altera: scilicet penitentiam, quam prae omnibus suae nobis initiatus instrumentum doctrinae dominus Iesus medicamenta male habentibus praedicauit dicens: Paenitentiam agite, et reliqua; qui, ad uestrae felicitatis meritum, a beata eius sede ad quem dicitur: Quaecumque solueris super terram erunt soluta et in caelis, eum dirigere dignatus est a quo haec utilissima curatio cicatricum temperetur. Ego enim, inquid apostolos, accipi a domino; et ego inquam, carissimi, accipi a uobis domino fauente quod et tradedi uobis.

*Ps (LXX) 77:5–6* — *Mt 4:17* — *–$Wz_2$* — *Mt 16:19 /18:18* — *1 Cor 11:23; cf. Act 20:24*

Horum igitur maximam partem fertur famine ueriloquo beatae memoriae Eoda praesbiter, cognomento Christianos, a uenerabili antestite Theodoro sciscitans accipisse. In istorum quoqu‹e› adminiculo est quod manibus uilitatis nostrae diuina gratia similiter praeuidit, quae iste uir ex Scottorum libello sciscitasse quod ‹dif›famatum est, de quo talem senex fertur dedisse sententiam: ecclesiasticus homo libelli ipsius fuisse conscriptor. Multi quoqu‹e›,

---

*Textus ex $W_7$ laudatus; textus capitulationis alter ex $W_7$, alter ex $W_9Wz_2$ laudatus; textus epilogi primo ex $W_9$, deinde (linea 20) ex $V_6$ laudatus.*
*Variae lectiones ex $Cb_4M_{17}V_5V_6W_9Wz_2$ haustae.*

**1** IN CHRISTI NOMINE] IN NOMINE DOMINI $Wz_2$, I $V_5$ | LIBELLI – **3** PAENITENTIAE *om.* $Wz_2$ | QVEM $W_7$, QVAE $V_5$ **3** TEMPERAVIT $V_5$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, TEMPERANT $W_7$ **4** umbrentium $W_7^{p.c.}$, u**orientium $W_7^{a.c.}$, umbrensium $V_5Wz_2$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$ | uniuersis anglorum $V_5$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, uniuersis angelorum $Wz_2$, uniuer sangulorum $W_7$ | propriꝫ $V_5$, proprie $Wz_2$ **5** supplex *om.* $V_5$ | domino] iesu *add.* $V_5Wz_2$ | salutem] EXPLICIT PRAEFATIO *add.* $W_7$ **6** primum] INCIPIT PROLOḠ SANCTI GREḠ PAPAE VRB̄ RŌM *praem.* $W_7$ **7** formenta $Wz_2^{a.c.}$ | quod – congessi *om.* $V_5$ **9** uitiosæ $Wz_2$ | quam] qūo $Wz_2$, qm̄ $V_5$ | olim $V_5Wz_2$ **12** quam] qūo $Wz_2$, qm̄ $V_5$ | prae] pro $Wz_2$ **13** medicamentum $V_5$, medicamen $Wz_2$ **14** et reliqua] adpropinquauit enim regnum cælorum $Wz_2$; *hic praefatio desinit in $Wz_2$ (sequitur c. I.1)* **15** ad quem] atque $V_5$ **17** haec] hoc $V_5$ **18** cicatricem $V_5$ **19** apostolus $V_5$ | accipi[1]] accepi *corr. (ex* accipi*)* $W_7^{a.m.}$ | karissimi $V_5$ | accipi[2]] accepi *corr. (ex* accipi*)* $W_7^{a.m.}$ **20** tradidi $V_5$ *et corr. (e* tradedi*)* $W_7^{a.m.}$ **21** faminꝫ $V_5$ **22** christianos $W_7$ *(forsan* χριστιανός *intelligendum)*, christianus $V_5$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$ **23** scicitans $W_7^{a.c.}$ | istorum $V_5$, istorium $W_7$ | quoque $V_5$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, quodquod $W_7$ **24** adminiculum *corr. (ex* adminiculo*)* $W_7^{a.m.}$ **25** iste uir] istorum $V_5$ | sgottorum $V_5$ | sciscitasse quod] sciscitare quoque $V_5$ **26** diffamatum *corr.* $W_7^{a.m.}$, ***famatum $W_7$, famatum $V_5$ **27** quoque $V_5$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, quodquod $W_7$

non solum uiri sed etiam feminae, de his ab eo inextinguibili feruore accensi, sitim hanc ad sedandam, ardenti cum desiderio frequentari *+$Cb_4$* huius nostri nimirum saeculi singularis scientiae hominem festinabant. Unde et illa diuersa confusaque degestio regularum illarum constitutis causis libri secundi conscripta inuenta est apud diuersos.

Propter quod obsecro, fratres, benignissimam uestrae pacis almitatem, per eum qui crucifixus est et sui sanguinis rore quod praedicauit forte uiuens confirmauit, ut si quid pro huius utilitatis obtentu tem‹e›ritatis uel ignorantiae delicti in hoc perpetrauero uestrae intercessionis merito me apud eum defendatis. Testor eum uniuersorum auctorem: quantum in me conscius sum causa regni eius de quo praedicauit haec egisse. Et si quid, nimirum ut uerear, supra modulum meum facio, beneuolentia tamen operis tam pernecessarii, uobis patrocinantibus, ueniam apud eum facinoribus mei‹s› imploret; quibus commoniter omnibus absque inuidia prout possum laboro.

Ex cunctisque utiliora inuenire potui et singillatim titulis praeponens congessi; credo enim haec eos bono animo tractare, de quibus dicitur: In terra pax hominibus bonae uoluntatis. *Lc 2:14*

## EXPLICIT

**28** sed] sunt $V_5$ **29** sitim] sit et $V_5$ | cum] eum $V_5$ **30** nostri *om.* $V_5$ | singularis] *hic fragmentarius textus incipit in* $Cb_4$ **31** confugaque $Cb_4$ | digestio *corr. (e* degestio*)* $W_7^{a.m.}$ | constitutis] cum statutis $Cb_4V_5$ **33** fratres] karissimi $V_5$, carissimi $Cb_4$ | benignissimae $V_5$ | uestrae] nostre $Cb_4$ | pacis] id est *add.* $V_5$ **36** obtentu temeritatis C$V_5$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, obtentutem critatis $W_7$ | uel *om.* $V_5$ **37** testor] enim *add.* $Cb_4$ **38** uniuersarii $V_5$ **39** uereor $Cb_4V_5$ **40** tamen] tunc $Cb_4$, tantum $V_5$ | pernecessaria $V_5$ **41** facinoribus meis *corr.* $W_7^{a.m.}$, facinoribus mei $W_7$, facinoris mei $Cb_4$, facinoris meis $V_5$ **42** commoniter $W_7$, communiter $Cb_4V_5$ **43** cunctisque] cunctis quę $Cb_4$ *et corr. (e* cunctisq;*)* $W_7^{a.m.}$ | titulos $Cb_4$ **44** proponens $V_5$ | haec] hoc $V_5$ | animo – **46** uoluntatis *om.* $Cb_4^{p.c.}$ **47** EXPLICIT *om.* $Cb_4V_5$

*$W_7$ : $W_9Wz_2$*

| INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI HVIVS | INCIPIVNT CAPITVLA |
|---|---|
| ‹$W_7$› | ‹$W_9Wz_2$› |
| I. De crapula et ebrietate. | I. De crapula et ebrietate uel uomitu. |
| II. De fornicatione. | II. De fornicationibus. |
| III. De auaritia furtiua. | III. De ducato monacho de monasterio et de furtu. |
| IIII. De occisione hominum. | IIII. De homicidio. |
| V. De his qui per heresim decipiuntur. | V. De heresibus. |
| | VI. De eucharistia sancta. |
| VI. De periurio. | VII. De periurio falsoque testimonio. |
| VII. De multis uel diuersis malis et quae non nocent necessaria. | VIII. De carne inmunda. |
| VIII. De diuerso lapsu seruorum dei. | VIIII. De uiolationibus fornicatorum. |
| VIIII. De his qui degraduntur uel ordinari non possunt. | X. De fornicationibus. |
| X. De babtizatis bis qualiter peniteant. | XI. De his qui babtismo iterantur. |
| XI. De his qui dampnant dominicam et indicta ieiunia ecclesiae dei. | XII. De operibus diei dominici. |
| XII. De commone eucharistiae uel sacrificio. | XIII. De comunione. |
| XIII. De reconciliatione. | XIIII. De reconciliatione. |
| XIIII. De penitentia nubentium specialiter. | XV. De uxoribus dimisis et inlicitis nuptiis uel fornicatricibus. |
| XV. De ‹c›ultoribus idolorum. | XVI. De his qui inmolant donibus et de carne inmund‹a›. |
| XVI. De ecclesiae ministerio uel reaedificatione eius. | XVII. De aeclesiis restaurandis et de conuentu clericorum et de officiis. |
| XVII. De tribus gradibus ecclesiae principalibus. | |

*capitulatio praefationem praecedit in $Wz_2$*

**31** cultoribus *scripsi cum rubrica textus*, ultoribus *$W_7$*

**1** INCIPIVNT CAPITVLA *$Wz_2$*, *om.* *$W_9$* **5** uomitu *$W_9$*, uomitum *$Wz_2$* **7** de ducato monaħ *$W_9Wz_2$* *(male pro* de deducto monacho*)* **8** et de furtu *$Wz_2$ et corr. $W_9^{a.m.}$*, *om.* *$W_9$* **17** fornicatorum *scripsi*, fornic̄ *$W_9Wz_2$* **20** babtismo *scripsi*, bab̄ *$W_9Wz_2$* **30** fornicatricibus *conieci*, fornicā *$W_9Wz_2$* **31** donibus *sic* *$W_9Wz_2$* *(male pro* demonibus*)* **32** inmunda *scripsi*, inmūd *$W_9Wz_2$* **34** conuentu *$W_9$*, conuen *$Wz_2$*

XVIII. In ordinatione diuersorum.
XVIIII. De babtismate et confirmatione.
XX. De missa defunctorum.
XXI. De abbatibus et monachis uel monasterio.
XXII. De ritu mulierum uel ministerio in ecclesiam.
XXIII. De moribus Grecorum et Romanorum.
XXIIII. De commone Scottorum et Brittorum, qui in pasca et tonsura catholici non sunt.
XXV. De uexatis a diabulo.
XXVI. De usu uel abiectione anima‹li›um.
XXVII. De questionibus coiugiorum.
XXVIII. De seruis et ancillis.
XXVIIII. De diuersis questionibus.

EXPLICIVNT CAPITVLA

**55** animalium *scripsi cum sensu textus*, animarum $W_7$ **62** questionibus] *sequuntur tituli XXX–XLIX in* $W_7$ *(*XXX. Interrogatio beati agustini episcopi contrariorum; XXXI. Responsio sancti gregorii papae urbis romae; *etc. [= 20 tituli Gregorii I papae Libelli responsionum])*

XVIII. De ordinatione.
XVIIII. De indulgentia in babtismo.
XX. De sepulchris defun‹c›torum uel de memoria eorum.
XXI. De ordinatione abbatis uel monachi uoto.
XXII. De sanctaemonialibus.
XXIII. De his qui ordinati sunt a Scottorum uel Bridtonum.
XXIIII. De his qui uexati sunt a demonia.
XXV. De his qui inmunda commedunt et de discretione ciborum.
XXVI. De matrimonio et de uxoribus dimissis.
XXVII. De potestate patris et de inlicitis coniugiis.
XXVIII. De legitimis ieiuniis.

**41** defunctorum] defuntorum $W_9Wz_2$ **44** monachi $Wz_2$, monahi $W_9$ **53** demonia *sic* $W_9Wz_2$

$Cb_4M_{17}V_5W_7$ $W_9Wz_2$

## I. De crapvla et ebrietate. *I, I.1–9*

‹1› Si quis episcop‹us› aut aliquis ordinatus in consuetudine habuerit ebrietatis uitium, aut desinat aut deponatur. ‹2› Si monachus pro ebrietate uomitum facit, XXX dies peniteat. ‹3› Si praesbiter aut diaconus pro ebrietate, XL dies peniteat; ‹4› si uero pro infirmitate aut quia longo tempore se abstinuerit et in consuetudine non erit ei multum bibere uel manducare, aut pro gaudio in natale domini aut in pascha aut pro alicuius sanctorum commemoratione faciebat et tunc plus non accipit quam decretum est a senioribus, nihil nocet. Si episcopus iuberit, non nocet illi nisi ipse similiter faciat. ‹5› Si fidelis laicus pro ebrietate uomitum facit, XV dies peniteat. ‹6› Qui uero inebriatur contra domini interdictum, si uotum sanctitatis habuerit, *cf. Lc 21:34* VII dies in pane et aqua uel XX sine pinguidine peniteat; laici sine ceruisa. ‹7› Qui per nequitiam inebriat alium, XL dies peniteat. ‹8› Qui pro satietate uomitum facit, tribus diebus peniteat. ‹9› Si cum sacrificio commonionis, VII dies peniteat. Si infirmitatis causa, sine culpa est.

$Cb_4V_5W_7W_9Wz_2$, ~$M_{17}$

## II. De fornicatione. *I, II.1–22*

‹1› Si quis fornicauerit cum uirgine, I anno peniteat; si cum maritata, IIII annos: II integros, duos alios in XLmis IIIbus, et IIIbus diebus in ebdomata peniteat. ‹2› Qui sepe cum masculo aut cum pecode fornicat, X annis ut peniteret iudicauit. ‹3› *Item aliud:* qui cum pecoribus coierit, XV annos peniteat. ‹4› Qui coierit cum masculo post XX annos, XV peniteat. ‹5› Si masculus cum masculo fornicat, X annos

---

**I,1** I *om.* $Cb_4$, II $V_5$, incipit liber sancti gregorii papae *praem.* $W_7$, incipit liber primvs *praem.* $Cb_4M_{17}V_5$; *hic textus incipit in* $M_{17}$ *(praecedit Paenitentiale Ecgberhti)* | de – ebrietate *om.* $M_{17}$ **2** episcopus $Cb_4M_{17}V_5W_9Wz_2$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, episcopi $W_7$, aut diaconus *add.* $W_9Wz_2$ | uitium habuerit (a)ebrietatis (aebrietis $W_9^{a.c.}$) $Cb_4M_{17}V_5W_9Wz_2$ **3** desinat] desidat $M_{17}^{a.c.}$ | per ebrietatem $M_{17}V_5$ **4** uomitum] uotum *(uid.)* $Wz_2^{a.c.}$ | dies] diebus $V_5$ | aut – **5** ebrietate] pro ebrietate aut diaconus uomitum facit $W_9Wz_2$ **5** per ebrietatem $M_{17}V_5$ | diebus $V_5$ **6** quia] q $W_9Wz_2$ | erat *corr. (ex* erit*)* $W_7^{a.m.}$ **7** aut[1]] āut $Cb_4$ | natali $M_{17}$ **8** sanctorum commemoratione (commemorationem $W_7$) $Cb_4M_{17}V_5W_7$, commemoratione sanctorum $W_9Wz_2$ | faciebat] hoc fecerit $M_{17}$ **9** quam] q $W_9Wz_2$ **10** iuberit $Cb_4V_5W_7^{p.c.}$, iubuerit $W_7^{a.c.}$, illi iubet $W_9Wz_2$, iusserit $M_{17}$ | illi *om.* $W_9Wz_2$ | ipse – faciat] similiter facit $W_9Wz_2$ | laicus fidelis $Cb_4M_{17}V_5W_9Wz_2$ **11** XV] XII $M_{17}$ **12** inebriantur $M_{17}V_5$ | inebriatur – interdictum] contra interdictum $W_9Wz_2$ | habuerint $V_5$ **13** VII] IIII $M_{17}$ | aqua] pen̄ *add.* $V_5$ | pinguedine $Cb_4M_{17}$ | peniteat *om.* $V_5$, si cum sacrificio com̄ VII dies peniteat *(= c. I.9) add.* $W_9Wz_2$ **15** per satietatem $W_9Wz_2$ | VII dies $W_9Wz_2$ | si – **16** peniteat *om. hic* $W_9Wz_2$, *sed add. supra (c. I.6)* **16** commonionis] commō $Cb_4M_{17}W_7$, com̄ $W_9Wz_2$, communicauerit $V_5$ | peniteat *om.* $V_5$ | est $M_{17}W_7$, *om. codd. cett.* **II,1** II *om.* $Cb_4$, III $V_5$ **2** qui $W_9^{a.c.}$ | I anno $Cb_4M_{17}$, uno anno $W_9Wz_2$, I an̄ $W_7$, I uel II ann̄ $V_5$ | si] quis *add.* $W_9Wz_2$ **3** maritata $M_{17}W_7$, marita *codd. cett.* | in XLmis IIIbus] tribus XLmis $W_9Wz_2$ | IIIbus diebus] III dies $Cb_4M_{17}V_5W_9Wz_2$ **4** in ebdomata *om.* $V_5$ | aut – **5** pecode *om.* $M_{17}$ | cum[2]] cum cum $W_9Wz_2^{a.c.}$ **5** fornicat] fornicauerit $V_5$ | annis $V_5$, an̄ $Cb_4W_7$, annos $M_{17}W_9Wz_2$ **6** peccoribus $M_{17}W_9^{a.c.}$ | coierit[1]] coiret $W_9Wz_2$ | coierit[2] *om.* $W_9Wz_2$ **7** XX an̄ $Cb_4W_7$, XX annorum $M_{17}$, XV annos (ann̄ $V_5$) $V_5W_9Wz_2$ | XV] an̄ *add. sup. lin.* $W_7^{a.m.}$, XX a(n)n̄ $V_5W_9Wz_2$ | masculus] mascul*s $W_9^{a.c.}$ | fornicam $Cb_4$ | annos[2] $M_{17}$, an̄ *codd. cett.*

peniteat. ‹6a› Sodomite VII annos peniteant, ‹6b› et molles s‹icut› adultera. ‹7› *Item:* hoc uirile scelus ‹semel› faciens IIII annos peniteat; si in consuetudine fuerit, ut Basilius dicit; si sine, XV, sustinens I annum, ut mulier. Si puer sit: primo IIbus annis; si iterat IIII. ‹8› Si in femoribus, uno anno uel III XLmas. ‹9› Si seipsum coinquinat, XL dies peniteat. ‹10› Qui concupiscit fornicar‹i› sed non potest, XL dies uel XX peniteat; si frequentauerit: si puer sit, XX dies uel uapuletur. ‹11› Pueri qui fornicantur inter seipsos, iudicauit ut uapulentur. ‹12› Mulier cum muliere fornicando, III annos peniteat. ‹13› Si sola cum seipsa coitum habet, sic peniteat. ‹14› Una penite‹ntia› est uiduae et puellae; maiorem meruit quae uirum habet si fornicauerit.

‹15› Qui semen in os miserit, VII annos peniteat. *Hoc pessimum malum alias ab eo iudicatum est:* ut ambo usque in finem uitae peniteant uel XII anni‹s› uel (*ut superius*) VII.

‹16› Si cum matre quis fornicauerit, XV annos peniteat et numquam mutet nisi in dominicis diebus. *Et hoc tam profanum incestum ab eo similiter alio modo dicitur:* ut cum peregrinatione perenni VII annos –$M_{17}$ peniteat. ‹17› Qui cum sorore fornicatur, XV annos peniteat, *eo modo quo superius de matre dicitur. Sed et istud XII annos esse alias in canone confirmauit, unde non absorde XV annis ad matrem transeunt qui scribuntur.* ‹18› Qui sepe fornicauerit: primus canon iudicauit X

---

**8** peniteat] peñ(t) $V_5W_7W_9Wz_2$, penī $Cb_4$, p. $M_{17}$ | sidomite $Cb_4$ | VII] IIII $M_{17}$ | peniteant et] peñ(it) et $V_5W_7W_9Wz_2$, peniteat $Cb_4$ | molles *(*mollis $M_{17}$*)* sicut adultera $Cb_4M_{17}W_9Wz_2$, mollis sicut adulter *corr.* $W_7^{a.m.}$, molles secundum adultera *(uel* adultere *?)* $W_7$, molles sicut $V_5$ **9** hoc] haec $W_9Wz_2$ | semel $Cb_4M_{17}V_5W_9Wz_2$, *om.* $W_7$ **10** si sine XV $Cb_4V_5W_7W_9Wz_2$, si sine uxore XV $M_{17}$, XV si sine *coniecit* WASSERSCHLEBEN | I añ $W_7$, unum annum $Cb_4$, uno anno $M_{17}V_5W_9Wz_2$ **11** puer] pu*er $Wz_2^{a.c.}$ | IIbus añ $Cb_4W_7$, duobis annis $M_{17}$, II annos $W_9Wz_2$, tribus annis $V_5$ | IIII] annos *add.* $W_9Wz_2$ **12** uno anno] unum añ $Cb_4V_5$ | seipsum] ipsum $M_{17}$ **13** peniteat *om.* $Cb_4M_{17}$ | fornicari $Cb_4M_{17}V_5W_9Wz_2$, fornicare $W_7$ | XL dies uel XX] XX dies $W_9Wz_2$ **14** si[1] – uapuletur *bis repetit* $Cb_4$ | uapuletur $Cb_4V_5W_9Wz_2$, uapulentur $W_7$, uapulet $M_{17}$ **15** pueri – seipsos] si pueri inter seipsos fornicantur $W_9Wz_2$ | fornicantę *(uid.)* $M_{17}$ | uapuletur $V_5$, uapulent $M_{17}$ | si mulier $W_9Wz_2$ **16** fornicando] fornicauerit $W_9Wz_2$, fornicans $M_{17}$ | III annos] IIIbus anñ $V_5$ **17** penitentia $Cb_4M_{17}V_5W_9Wz_2$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, peniteat $W_7$ **18** quae] qui $W_9Wz_2$ | habuit $V_5W_9Wz_2$ **19** VII] VI $M_{17}$ | annos $M_{17}$, añ $Cb_4V_5W_7$, anno $W_9Wz_2$ | hoc] haec $W_9Wz_2$ **20** malum] est *add.* $V_5$ | ab eo] habeo $M_{17}V_5$ | aliter iudicatum $W_9Wz_2$ | ut] ita ut $V_5$ **21** peniteant] peñ(it) *codd.* | XII] XV $M_{17}W_9Wz_2$, XXII $Cb_4$ | annis *corr.* $W_7^{a.m.}$, anni $W_7$, añ $Cb_4V_5$, annos $M_{17}W_9Wz_2$ | VII] IIII $M_{17}$ **22** si – **23** dominicis] quam mutat nisi in dominicis si cum matre quis fornicauerit XV año pñt et num $Wz_2$ *(male pro* $W_9$: si cum matre quis fornicauerit XV añ pñt et num/quam mutat nisi in dominicis*)* | XV] XII $M_{17}$ | peniteat *om.* $V_5$ **23** mutet $M_{17}W_7$, mutat *codd. cett.* | in *om.* $Cb_4$ | hoc *om.* $M_{17}$ | tam] tām $W_9^{p.c.}Wz_2$, tāmdiu *(uid.)* $W_9^{a.c.}$ | incertum $Cb_4$ **24** cum] uicum *(uid.)* $W_9^{a.c.}$ | annos peniteat *om.* $M_{17}$*; hic c. I desinit in* $M_{17}$ *(sequuntur e Correctore Burchardi excerpta [circa trigesim], nonnulli ordines paenitentiales, disquisitio laudata ex Augustino de monstruo corpore, disquisitio laudata ex Pastore Hermae de adultera, et pauca capitula de effunditione seminis); in c. X.1 textus resumit in* $M_{17}$ **25** fornicauerit $W_9Wz_2$ | annos] añ *codd.* **26** susuperius *(uid.)* $W_9^{a.c.}$ | XII – canone] alias in canone XII annos $W_9Wz_2$, XV alias in canone $Cb_4$ **27** absorde $Cb_4W_7$, absurde $V_5W_9Wz_2$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$ | transeunt – **28** scribuntur *om.* $W_9Wz_2$ **28** fornicauerit] fornič $V_5$ | canan $W_7^{a.c.}$

‹annos› peniteat; secundu‹s canon› VII annos penitere, sed pro infirmitate hominis per consilium dixerunt tres annos penitere. ‹19› Si frat‹er› cum fratre naturali fornicauerit, per commixtionem carnis, XV annos ab omni carne absteneat. ‹20› Si mater cum filio suo paruulo fornicationem imitatur, III annos se absteneat a carne et diem unum ieiunet in ebdomata, id est usque ad uesperum.

‹21› Qui inludetur fornicaria cogitatione, peniteat usque dum cogitatio superetur. ‹22› Qui dilegit feminam mente, ueniam petat a deo. ‹Si dixerit›, id est de amore et amicitia, sed non est susceptus ab ea, VII dies peniteat.

*$Cb_4V_5W_7W_9Wz_2$*

III. De avaritia ‹fvrtiva›. *I, III.1–5*

‹1› Si quis laicus de monasterio monachum duxerit furtim, aut intret in monasterium deo seruire aut humanum subeat seruitium.

‹2a› Pecunia ecclesiis furata siue rapta reddatur quadruplum; ‹2b› saecularibus dupliciter. ‹3a› Qui sepe furtum fecerit, VII annis penitentia eius est uel quomodo sacerdos iudicauerit, ‹3b› id ‹est iuxta quod› conponi possit quibus nocuit. ‹3c› Et qui furtum faciebat, penitentia ductus, semper debet reconciliare ei quem offendebat et restituere iuxta quod ei nocuit. Et multum breuiauit penitentia ‹eius›. Si uero noluerit aut non potest, constitutum tempus manet penitentia peromnia. ‹4› Et qui furat‹a e›de‹t›, tertiam partem pauperibus. Et qui thesaurizat superflua pro ignorantia, tribuat tertiam partem pauperibus. *cf. Lc 12:21* ‹5› Furatus consecrata, III annis peniteat sine pinguidine, et tunc communicet.

*$Cb_4V_5W_7W_9Wz_2$*

IIII. De occisione hominvm. *I, IV.1–7*

---

**29** annos[1]] an̄ $Cb_4V_5W_9Wz_2$, *om.* $W_7$ | secundus canon $Cb_4V_5W_9Wz_2$, secundum $W_7$, secundus *corr.* $W_7^{a.m.}$ | annos penitere *om.* $Cb_4V_5$ **30** hominum $V_5$ **31** frater $Cb_4V_5W_9Wz_2$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, frat** $W_7$ **32** annos] an̄ *codd.* **33** annos] an̄ *codd.* | abstineat se $W_9Wz_2$ **34** id est *om.* $V_5W_9Wz_2$ **35** inluditur $V_5$ **36** dilegit $W_7$, diligit *codd. cett.* | a deo] ab eo $Cb_4$ **37** si – amicitia *scripsi*, id est de amore et amicitia si dixerit $Cb_4W_7$ *(quia confuse in archetypo haec comma* si dixerit *posita erat)*, si autem dix̄ *(*dixerit $V_5$*)* id est *(*id est *om.* $V_5$*)* de amore et de *(*de *om.* $V_5$*)* amicitia $V_5W_9Wz_2$ | sed] si $Cb_4$ **III,1** III *om.* $Cb_4$, IIII $V_5$ | de avaritia fvrtiva $Cb_4V_5$, de avaritia $W_7$, de dvc̄ monaħ $W_9$, *om.* $Wz_2$ **2** furtim $Cb_4W_7$, furtum $W_9Wz_2$, furtinam $V_5$ | aut *om.* $V_5$ **3** in] aut *praem.* $W_9^{a.c.}$ | dei $V_5$ | seruium $W_9Wz_2$ **4** ecclesiis] aeclesiae $W_9Wz_2$ | reddatur] sed datur $Cb_4$ **5** fecerit furtum $W_9Wz_2$ **6** penitentia – est[1]] penit̄ $V_5$ | id est iuxta quod $Cb_4$, id est iuxta quia $V_5$, id est quod $W_9Wz_2$, id quod iuxta est $W_7$ **7** possit] posuit $V_5$ **8** reconciliari $Cb_4$ | offendebat] offerebat $V_5$ **9** quod] qua $V_5$ | ei] eum $V_5W_9Wz_2$ | breuiauit *sic codd. (male pro* breuiabit*)* | penitentia eius $Cb_4W_9Wz_2$, penitentiam eius $V_5$ *(cum **G**)*, penitentia $W_7$ **10** manet penitentia $W_7$, maneat in penitentia *corr.* $W_7^{a.m.}$, penī manet $Cb_4$, peniteat $W_9Wz_2$, penitere $V_5$ **11** qui[1]] cui $Cb_4$ | furata edet tertiam *conieci*, furat* *(*furate *?)* de tertiam $W_7$, furata det tertiam $Cb_4$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, furata monet det tertiam $W_9Wz_2$, furat ammonet det tertiam $V_5$ **12** per ignorantiam $V_5$ **13** furata $V_5$ **IV,1** IIII *om.* $Cb_4$, V $V_5$ | de – hominvm *om.* $Wz_2$, de homic̄ $W_9$

‹1a› Si quis pro ultione propinqui homin‹e›m occiderit, penite‹a›t s‹icut› homicida VII uel X annos. ‹1b› Si tamen reddere uult propinquis pecuniam aestimationis, leuior erit penite‹ntia›, id est demedio spatio. ‹2› Qui occiderit hominem pro uindicta fratris sui, III annis peniteat; *in alio loco X annos dicitur peniteat*; ‹3› homicida autem X annos uel VII. ‹4› Si laicus alterum occiderit odii meditatione: si non uult arma relinquere, peniteat VII annos, sine carne et uino III annos. ‹5a› Si quis occiderit monachum uel clericum: arma relinquat et deo seruiat, uel VII annos peniteat — in iudicio episcopi est. ‹5b› Qui autem episcopum uel praesbiterum occiderit, regis iudicium est de eo. ‹6a› Qui per iussionem domini sui occiderit hominem, XL diebus ieiunet. ‹6b› Et qui occiderit hominem, ‹XL diebus absteneat se ab ecclesia; ‹6c› qui occiderit hominem› in publico bello, XL diebus. ‹7a› Si per iram, III annos; si cassu, I annum. ‹7b› Si per poculum uel per artem aliquam, VII annos aut plus. ‹7c› Si per rixa‹m›, X annos.

*$Cb_4V_5W_7W_9Wz_2$*

V. De his qvi per heresim decipivntvr. *I, V.1–14*

‹1› Si quis ab hereticis ordinatus fuerit, iterum debet ordinar‹i› si inreprehensibilis fuerit; sin minus, deponi oportet. ‹2› Si quis a catholica ecclesia ad heresim transierit et postea reuersus, non potest ordinari nisi post longam abstinentiam et pro magna necessitate. *Hunc Innocentius papa nec post penitentiam clericum fieri canonum auctoritate adserit permitti. Ergo, si hoc Theodorus ait — 'pro magna tantum necessitate' (ut dicitur) — consultum permisit, qui numquam Romanorum decreta motari a se sepe iam dicebat uoluisse.*

‹3› Si quis contempserit Nicinae concilium et fecerit pascha cum Iudaeis XIIII luna, exterminabitur ab omni ecclesia, nisi penitentiam

---

**2** hominem $Cb_4V_5W_9Wz_2$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, hominum $W_7$ | peniteat sicut $Cb_4V_5W_9Wz_2$, penitet secundum ut $W_7$, peniteat similiter ut *corr.* $W_7^{a.m.}$ **3** annos] an $W_9$, an̄ *codd. cett.* | tamen] tantum $V_5$ | uult] uul* $Wz_2$ **4** penitentia $V_5$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, peniteat $W_7$, penīt $Cb_4W_9Wz_2$ | spatii $Cb_4$ **5** sui $W_7$, *om. codd. cett.* **6** alio] alia $W_9$ | peniteat dicitur $W_9Wz_2$ | homicidia $V_5$ | annos$^2$ $W_7$, *om. codd. cett.* | VII] an̄ *add.* $Cb_4$, an̄ pen̄ *add.* $V_5$ **8** annos$^1$] pen̄it *add.* $W_9Wz_2$ **9** monachum uel clericum occiderit $W_9Wz_2$ **10** annos] an̄ *codd.* | peniteat *om.* $V_5$ | episcopi] epīso $Cb_4$ **11** praesbiterum] br̄m $W_9Wz_2$ **12** hominem occiderit $W_9Wz_2$ | XL – **14** diebus $V_5$, XL đ ieiunet et qui occiderit hominem *** in puplico (publico *corr.* $W_7^{a.m.}$) bello XL diebus $W_7$, XL diebus penīt et qui occiderit hominem XL diebus abstineat se ab aeclesia $W_9Wz_2$, XL diebus abstineat se ab æcclesia et qui occiderit hominem in puplico bello XL dies $Cb_4$; peniteat *add.* $Cb_4V_5$ *et add. mg.* $W_7^{a.m.}$ **15** annos] an̄ *codd.* | cassu $W_7$, casu $Cb_4V_5^{p.c.}W_9Wz_2$, causam *(uid.)* $V_5^{a.c.}$ | I annum $W_9Wz_2$, I an̄ $Cb_4W_7$, uno an̄no $V_5$, pen̄t *add.* $W_9Wz_2$ | per artem] ꝑartem $W_7$, ṕartem $W_9Wz_2^{p.c.}$, partem $Cb_4V_5Wz_2^{a.c.}$ **16** VII] IIII $Cb_4$ | rixam $Cb_4V_5W_9Wz_2$, rixa $W_7$ | X annos *om.* $V_5$, an̄ X pen̄ $Cb_4$, IIII an̄ pen̄t $W_9Wz_2$ **V,1** V *om.* $Cb_4Wz_2$, VI $V_5$ | de – decipivntvr *om.* $Wz_2$, de eresibvs $W_9$ | heresis $V_5$ **2** ordinari $Cb_4V_5W_9Wz_2$, ordinare $W_7$ **3** sin] sim $V_5$, si $W_9$ | depone $W_9^{a.c.}$ **4** et – **5** ordinari *om.* $W_9^{a.c.}$ | reuersus] est *add.* $W_9Wz_2$ **5** post] per $V_5$ **6** clericus $V_5$ | fieri *om.* $Wz_2$, feri $Cb_4$ **7** si *om.* $Cb_4W_7^{p.c.}$ | hoc] haec $V_5$ **8** tantum] tamen $V_5$ **9** motari $W_7$, notari $V_5$, mutari $Cb_4W_9Wz_2$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$ **10** nicine $W_7$, nicenum *corr.* $W_7^{a.m.}$, nicen(a)e *codd. cett.* **11** aeclesiae $W_9Wz_2$

egerit ante mortem. ‹4› Si orauerit cum illo quasi cum clerico catholico, septimana‹m› peniteat; si uero neglexerit, XL dies peniteat prima uice.

‹5› Si quis ortare uoluerit heresim eorum et non egerit penite‹ntiam›, similiter et ille exterminabitur, domino dicente: Qui mecum non est contra me est. *Mt 12:30*

‹6› Si quis baptizatur ab heretico qui recte trinitatem non cred‹i›derit, iterum baptizetur. *Hoc Theodor‹um› dixis‹se› non credamus contra Nicinae concilium et senodi decreta, s‹icut› de Arreanis conuersis trinitatem non recte credentibus confirmatur.*

‹7› Si quis dederit aut acciperit commonionem de manu heretici et nescit quod catholicam ecclesiam contradicit, postea intellegens anno integro peniteat. Si autem scit et neglexerit et postea penitentiam egerit, X annos; ‹alii iudicant VII›, et humani‹u›s V annos peniteat. ‹8› Si quis permiserit hereticum missam suam caelebrare in ecclesia catholica et nescit, XL dies peniteat; si pro reuerentia eius, annum integrum peniteat; ‹9› si pro dampnatione ecclesiae catholicae et consuetudine Romanorum, proiciatur ab ecclesia s‹icut› hereticus, nisi habeat penitentiam; si habuerit, X annos peniteat. ‹10› Si recesserit ab ecclesia catholica in congregationem hereticorum et alios persuaderit et postea penitentiam egerit, XII annos peniteat: extra ecclesiam IIII, et VI inter auditores, et duos adhuc extra commonionem. *De his in sinodo dicitur: decimo anno commonionem ‹sine oblatione› (siue*

---

**12** si] quis *add.* $Cb_4$ **13** septimanam $Cb_4V_5W_9Wz_2$, septimana $W_7$ **14** hortari $Cb_4$ **15** penitentiam $W_9Wz_2$, peñ(i) $Cb_4V_5$, peniteat $W_7$ **16** cum me $W_9Wz_2$ | contra] con $W_9Wz_2$ **17** baptizatus $V_5$ | ab heretico baptizatur $W_9Wz_2$ **18** crediderit $Cb_4V_5W_9Wz_2$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, credederit $W_7$ | theodorum dixisse $Cb_4V_5W_9Wz_2$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, theodoros dixisti $W_7$ | credamus $W_7$, credimus *codd. cett.* **19** contra] con $W_9Wz_2$ | nicine $W_7$, nicen(a)e $Cb_4V_5W_9Wz_2$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$ | sinodi $W_9Wz_2$ *et corr. (e* senodi*)* $W_7^{a.m.}$ | sicut $Cb_4V_5W_9Wz_2$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, secundum $W_7$ | arrianis $Cb_4V_5W_9^{p.c.}Wz_2$ *et corr. (ex* arreanis*)* $W_7^{a.m.}$, arrinis $W_9^{a.c.}$ **20** rectę $Cb_4$ **21** si] VI. DE EVCARISTIA *praem.* $W_9$; *hic nouum paragraphum incipit in* $Wz_2$ | acceperit *corr. (ex* acciperit*)* $W_7^{a.m.}$ | commonionem $W_7$, communionem *codd. cett.* | heretici] here***tici $Wz_2^{a.c.}$ **22** quod] quia $V_5$ | catholica ecclesia $W_7^{p.c.}$, catholice æcclesię $Cb_4$, catholica $V_5$ | postea] post**ea $W_9^{a.c.}$ | intellexit $W_9Wz_2$ | annum integrum $Cb_4$ *et corr. (ex* anno integro*)* $W_7^{a.m.}$ **23** si – **24** VII $Cb_4V_5W_9Wz_2$, alii iudicant VII si autem scit et neglexerit (neglegxerit $W_7^{a.c.}$) et postea penitentiam egerit X añ $W_7$ *(quia confuse in archetypo haec comma* alii iudicant VII *posita erat)* **24** egerit] agerit $W_9Wz_2$ | annos[1]] peñ(it) *add.* $Cb_4V_5W_9Wz_2$ | humanius $Cb_4V_5W_9Wz_2$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, humanis $W_7$ **25** celebrarę $Cb_4$ **26** nescit] non erit $V_5$ **27** ecclesia catholica $V_5$ | catholicae] catho $Cb_4$ **28** proieciatur $V_5W_9Wz_2$ | sicut $Cb_4V_5W_9Wz_2$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, secundum $W_7$ **29** penitentiam $W_9Wz_2$, penitent̄ $V_5$, peñ(i) $Cb_4W_7$ | annos] añ *codd.* **30** persuaserit $Cb_4$ **31** agerit $W_9Wz_2$ | extra – IIII] IIII extra ecclesia $V_5$, IIII añ extra ecclesiam $Cb_4$, IIII autem extra ecclesiam $W_9Wz_2$ **32** auditores] et inter audientes iuxta nicene concilium *(= c. V.14) add.* $V_5$ | commonionem $W_7$, communionem *codd. cett.* | de] de* $W_9^{a.c.}$ **33** commonionem $W_7$, communionem $Cb_4V_5$, com̄ $W_9Wz_2$ | sine oblatione siue oblationem $W_9Wz_2$, siue oblationem $Cb_4W_7$, siue oblatā $V_5$; sine oblatione *om. hic* $W_7$, *sed add. infra (c. V.11); aperte haec comma* siue oblationem *sicut glossula uel emendatio (confuse posita: uide sequentem notam [c. V.11]) in archetypo aderat*

*oblationem) recipiant.* ‹11› Si episcopus iusserit aut abbas monacho suo pro hereticis mortuis missam cantare, non licet et non expedit oboedire ei. ‹12› Si praesbitero contigerit ubi missam cantauerit et alius recitauit nomina mortuorum et simul nominauit hereticos cum catholicis post missamque intellexerit, ebdomatam peniteat; si frequenter fecerit, annum integrum peniteat. ‹13› Si quis autem pro morte heretici missam ordinauit et pro relegione sua reliquia‹s› sibi tenuerit quia multum ieiunauit, et nescit deferentiam catholicae fidei et postea intellexerit penitentiamque egerit, reliquias debet igni concremare et annum peniteat; si autem scit et neglexerit, penitentia commotus X annos peniteat. ‹14› Si quis a fide dei discesserit sine ulla necessitate et postea ex toto animo penitentiam accipit, inter audientes iuxta Nicini concilium III annis extra ecclesiam, et VII annos peniteat in ecclesia inter penitentes, et II annis adhuc extra communionem.

$Cb_4V_5W_7W_9Wz_2$

## VI. De periurio. *I, vi.1–4*

‹1› Qui periurium facit in ecclesia XI annos peniteat; ‹2› qui uero necessitate coactus sit, III XLmas. ‹3› Qui autem in manu hominis iurat, apud Grecos nihil est; ‹4› si autem iurauerit in manu episcopi uel praesbiteri aut diaconi seu in altare siue in cruce consecrata et mentitus est, III annis peniteat; si uero in cruce non consecrata, I annum peniteat.

‹5› Periuri III annis peniteant.

$Cb_4V_5W_7W_9Wz_2$

## VII. De multis vel diversis malis et quae non nocent necessaria. *I, vii.1–12*

---

**34** iusserit aut abbas $W_7$, aut abbas iuberit *(*iusserit $Cb_4$*) codd. cett.*, sine oblatione *(= c. V.10) add.* $W_7^{a.c.}$ *(quia confuse in archetypo haec comma posita erat, scilicet iuxta suam glossulam* siue oblationem*; uide praecedentem notam [c. V.10])* | suo *om.* $W_9Wz_2$ **35** non² *om.* $W_9Wz_2$ **36** cantauerat $Cb_4$ **37** recituerit $W_9^{a.c.}$ | nominauit] nominauerit $W_9Wz_2$ **40** reliquias sibi $V_5W_9Wz_2$, reliqua sibi $Cb_4$, reliquia sibi $W_7$, *corr.* reliquias ibi $W_7^{a.m.}$ **41** def(f)erentiam $Cb_4V_5W_7W_9Wz_2$, differentiam *corr.* $W_7^{a.m.}$ | fidei] et quartam decimā *add.* $V_5$ *(cum* **G***, quamuis hic in* $V_5$ *certe laudatum ex Excarpso Cummeani)* **42** penitentiam quae $W_9$ **43** concremari $V_5W_9Wz_2$ | annum] an̄ *codd.* | si] quis *add.* $W_9^{a.c.}$ | neglegerit $V_5W_9Wz_2$, neglegit $Cb_4$ | penitentiam commotis $V_5$ **44** annos] an̄ *codd.* | discesserit] disce**serit $Wz_2^{a.c.}$ **45** et – penitentiam *om.* $Wz_2$ *(male pro* $W_9$: sine ulla necessitate/et postea ex toto animo penitentiam accipit*)* **46** nicini concilium $W_7$, nicenum concilium *corr.* $W_7^{a.m.}$, nicene concilium $Cb_4V_5$, niceno senodo $W_9Wz_2$ | peniteat *om.* $V_5$ **VI,1** VI *om.* $Cb_4Wz_2$, VII $V_5W_9$ | de periurio *om.* $W_9Wz_2$ **2** XI] X $V_5$ | annos *om.* $W_9Wz_2$, an̄ *codd. cett.* **4** grecum $V_5$ | autem] uero $Cb_4V_5W_9Wz_2$ | iurauit $W_9Wz_2$ | epīso $Cb_4$ **5** altari $V_5$, alteri $Cb_4$ **6** annum] an̄ *codd.* **8** periurii $Cb_4W_9Wz_2$ | peniteant *corr.* $W_7^{a.m.}$, pen̄ $V_5W_7$, peniteat $Cb_4W_9Wz_2$ **VII,1** VII *om.* $Cb_4W_9Wz_2$, VIII $V_5$ | de – **2** necessaria *om.* $W_9Wz_2$ | non nocent necessaria] nocenter necēs $V_5$

‹1› Qui multa mala fecerit — id est homicidium, adulterium cum muliere et cum pecode, et furtum — eat in monasterium et peniteat usque ad mortem.

‹2› De pecunia quae in aliena prouincia ab hoste superato rapta fuerit, id est rege alio superato, tertia pars ad ecclesia‹m› tribuatur uel pauperibus et XL diebus agatur penitentia, quia iussio regis erat.

‹3› Qui sanguinem aut semen biberit, III annis peniteat. ‹4› Malorum cogitationum indulgentia est si opere non impleantur nec consensu.

‹5› *Item:* XII triduana pro anno pensanda Theodorus laudauit; de egris quoqu‹e› praetium uiri uel ancillae pro anno uel dimedium omnium quae possidet dare; et si quem fraudaret, reddere quadruplum, ut Christus iudicauit. *cf. Lc 19:8*

*Ista testimonia sunt de eo quod in praefatione diximus de libello Scottorum, in quo (et ut in ceteris) illa ‹aliquando inibi fortius firmauit de pessimis›, aliquando uero lenius, ut sibi uidebatur, modum inposuit pusillanimis.*

‹6a› Qui manducat carnem inmundam aut morticin‹am› delacerata a besteis, XL dies peniteat. ‹6b› Si enim necessitas cogit famis, non nocet, quia aliud est legitimum, aliud quod necessitas cogit. ‹7› Si cassu quis inmunda manu cibum tangit uel canis uel pilax mus‹ue› aut animal inmundum qui sanguinem edit, nihil nocet. Et qui pro necessitate manducat animal quod inmundum uidetur uel auem uel bestiam, non nocet. ‹8› Sorex si ceciderit in liquorem, tollatur inde et aspargatur aqua sancta, et sumatur si uiuens sit; si uero mortua, omnis liquor proiciatur foras nec homini detur et mundetur uas. ‹9› *Item alias:* si multus sit cibus ille liquidus in quo mus mustellau‹e› inmersa

**3** fecerint $W_9Wz_2$ | homicidum $W_9$ **4** cum *om.* $V_5$ | eat] faciunt $W_9Wz_2$ | peniteat $Cb_4W_7$, peñ $V_5$, penīt $W_9Wz_2$ **6** pecunia] penia $Wz_2$ | aliena] alia $W_9Wz_2$ | ab *om.* $W_9Wz_2$ **7** pars] eius *add.* $W_9Wz_2$, eī *add.* $V_5$ | (a)ecclesiam $Cb_4V_5$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, ecclesia $W_7$, aeclē $W_9Wz_2$ **8** peñ(i) $Cb_4V_5W_7$, penīt $W_9Wz_2$ | quia] qui $Cb_4$ **9** semen aut sanguinem $W_9Wz_2$ **10** malarum $V_5$ | opere – nec] opera non inpleatur uel $W_9Wz_2$ **11** consensum $V_5$ **12** triduanae $W_9Wz_2$, triduanas *corr. (e* triduana*)* $W_7^{a.m.}$ | de egris $W_7$, de egressis $Cb_4$, degnis $W_9Wz_2$, ł gris $V_5$, de arreis *coniecit* LIEBERMANN **13** quoque $Cb_4V_5W_9Wz_2$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, quodquod $W_7$ **14** omniumque $V_5$ | quem] quod $V_5$ | aliquem frauderet $W_9Wz_2$ **15** ut *om.* $V_5$ **16** testimonio $V_5$ **17** sgottorum $V_5$, scōrū *(i.e.* sanctorum*)* $W_9Wz_2$ | et $W_7$, *om. codd. cett.* | illa *om.* $W_9Wz_2$ | aliquando – **18** pessimis $Cb_4V_5W_9Wz_2$, *om.* $W_7$ **18** pessimis $Cb_4V_5W_9$, pessimus $Wz_2$ **20** qui] VIII *praem.* $W_9$ | inmundum $Cb_4$ | morticinam $V_5W_9Wz_2$, morticin** $W_7$, morticina $Cb_4^{p.c.}$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, morticima $Cb_4^{a.c.}$ **21** bestiis $Cb_4W_9Wz_2$, bestia $V_5$ | diebus $V_5$ | famis – **22** cogit] nihil est $V_5W_9Wz_2$ **22** quia] quam $Cb_4$ | si cas(s)u quis $Cb_4W_7$, si quis casu $V_5$, quod casu quis $W_9Wz_2$ **23** inmunda manu *om.* $Wz_2$ *(male pro* $W_9$: quod casu quis[/inmunda manu]*)* | canis] carnis $W_9^{a.c.}$ | musue $V_5W_9Wz_2$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, mus****** $W_7$, musę $Cb_4$ **24** inmundum] et mundum $V_5$ | qui[1] *om.* $V_5W_9Wz_2$, quod $Cb_4$ | nihil] non $V_5W_9Wz_2$ **25** quod *om.* $Cb_4^{a.c.}$, quia $V_5$ **26** sorex $W_7$, surex $W_9^{p.c.}Wz_2$ *et corr.* $W_7^{a.m.}$, surrex $Cb_4W_9^{a.c.}$, si rex $V_5$ **27** spargatur $W_9Wz_2$ | omne $V_5$ **28** proieciatur $V_5$ **29** alia $W_9Wz_2$ | multis $Cb_4$ | ille] ł $V_5$ | mustellaue $V_5W_9Wz_2$, mustellau**** $W_7$, mustella uasę *corr.* $W_7^{a.m.}$, uel mustela $Cb_4$

moritur, purgetur et aspargetur aqua sancta, et sumatur si necessitas sit. ‹10› Si aues stercorant in quemcumque liquorem, tollatur ab eo stercus, et sanctificatur aqua, et mundus erit cibus. ‹11› Sanguinem inscius sorbere cum sa‹liua› non est peccatum. ‹12› Quod sanguine uel quocumque inmundo polluitur, si nescit qui manducat, nihil est; si autem scit, peniteat iuxta modum pollutionis.

*$Cb_4V_5W_7W_9Wz_2$*

VIII. De diverso lapsv servorvm dei. *I, viii.1–14*

‹1› Sacerdos si tangendo mulierem aut osculando coinquinabitur, XL diebus peniteat. ‹2› Praesbiter si osculatus est feminam per desiderium, XX dies peniteat. ‹3› Praesbiter quoqu‹e› si per cogitationem semen funderit, ebdomatam ieiunet. ‹4› Si tangit manu, III ebdomadas ieiunet.

‹5› Si quis praesbiter penitentiam morientibus abnegauerit, reus erit animarum, quia dominus dicit: Q u a c u m q u e  d i e  c o n u e r s u s  f u e r i t  p e c c a t o r,  u i t a  u i u i t  e t  n o n  m o r i e t u r. Vera enim conuersio in ultimo tempore potest esse, quia dominus non solum temporis sed et cordis inspector est, sicut latro in hora ultima confessione unius momenti meruit esse in paradiso. *Ez 33:12, 33:15* *cf. Lc 23:43*

‹6a› Monachus uero ‹6b› uel sacra uirgo fornicationem faciens, VII annos peniteat.

‹7› Qui sepe per uiolentiam cogitationis semen funderit, peniteat XX dies. ‹8› Qui semen dormiens in ecclesia fund‹erit›, III dies ieiunet. ‹9› Si excitat ipse: primo XX dies; iterans XL dies peniteat; si plus, addantur ieiunia. ‹10› Si in femoribus, I annum ‹uel› III XLmas. ‹11› Qui seipsum coinquinat, XL dies peniteat: si puer sit, XX dies uel uapuletur; si cum ordine, III XLmas, uel annum si frequentauerit.

‹12› Si quis renuntiauerit saeculo, postea reuersus in saecularem habitum: si monachus esset et post haec penitentiam egerit, X annos peniteat; post primum triennium si probatus fuerit in omni penitentia,

---

